AMBROSIUS MEDIOLANENSIS
2. Viertel 12. Jh.
Seite 17r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Et bene quesiuit quomodo fiere. Legerat enim quia uirgo generare.
non legerat que admodum uirgo generare. Legerat ut dixi. ecce uir
go mutuo accipiet. quomodo autem accipere meuangelio primum
Angelus est locutus.

EXURGENS AUTEM MARIA IN DIEBUS ILLIS ABIIT IN MON
tana cum festinatione in ciuitatem iuda. Et intrauit in
domum Zacharie. et salutauit elisabeth. Morale est omnibus.
ut qui fidem exigunt. fide adstruant. Et idem angelus eum abscondi
ta nuntiare ut fides adstrueretur: exemplo senioris femine ste
rilisque conceptui uirgini MARIE nuntiauit. in possibile dominum
quod ei placuerit adserere. Vbi hoc audiuit MARIA non quasi in
credula de oraculo. nec quasi incerta denuntio. nec quasi dubitans
de exemplo. sed quasi leta puero. religiosa officio festina gau
dio. in montana pretexit. Quo enim iam dominum plena. nisi adsuperiora cum
festinatione contendere. Nesciit tarda molimina. spiritus sancti gratia. Discite
euangelium sancte mulieres sedulitatem. quam pregnantibus debitis exhibere
cognatis. MARIA quae ante sola intimis penetralibus uersabat.
non a publico uirginitatis pudor non a studio aspernatus montium
non a bono officio pluuiatis itineris retardauit. In montana uirgo cum
festinatione. ~~uirgo~~ officii memor: iniurie immemor: affectu
uirgineo non sexu. relicta pretexit domo. Discite uirgines non cir
cumcursare alienas domos. non demorari in plateis. non liquos in
publico miscere sermones. MARIA in domo sera festina in
publico. mansit apud cognatam suam tribus mensibus. Et enim que pp
ter officium ueniebat. inhaerebat officio. Mansit tribus mensibus.
non quod eam domus delectare aliena. sed quia frequentium ui
deri in publico dispiceebat. Didicistis uirgines pudorem MA
RIE. discite humilitatem. Venit propinqua ad proxima. iunior
ad seniorem. Nec solum uenit. sed etiam prior salutauit. Decem